

## II.

# REGNUM MORTUORUM.

Nro. 80.

---

Elysiu-Meum, Die Veneris 9. Nov. 1810 (Neov. 23. Oct. 1810.)

---

Mos fert: ut ædificio educto, prævie ante designatio structuræ architectonicæ subternatur, quam id erigatur; quod raro in politicis architectonicis operibus locum habet, utpote quæ tempore nonnisi & adjunctis periciuntur.

### M e d i t a t i o n e s

*Super hodierno Galliam inter Angliam Bello. Archivum Rhenanum, Germanicum pro Historia & litteraturâ periodicum scriptum, seqv. in argumento hodierno Gallo Anglicani Belli Contemplationes textit, in præsentē temporum articulo præcipuum attentionis popularium nostrum argumentum.*

„Bellum cum Anglia longe alia consuetudine habet, quam hæc Potentia expectasset. Non lubet ejus meminisse: quodvis bellum, quod in Continente excitavit, vires Gallix frangendi consilio, potentiam gloriamque Status hujus auxisse; quod a Cel. Pittio Anno 1805 seu politicum paradigma habebatur, Foederi Rhenano, Regni que Hollandix & Neapolitano originem præbuerit, immediate moderationi Gallici Imperatoris obnoxiiis; quod Bellum Borassicum limites Rhenani Foederis Vistulam usque protenderit; quod continuus abalienatus Secreti Conclavis Britannici animus Tilittensem etiam post

Tractatum Tractationibus operam adcommo-  
dandi, Pyrenæam P-eninsulam Gallico Domi-  
nati subjecerit, quod denique novissimum  
Austriacum, Bellum, arctissimum inter ambas  
Cæsareas Domo nexum procreavit, quo  
hodierna Europæ Forma firma redditur. Neces-  
sarium perpetui hujus belli consecrari merat,  
quod Continens a reliquis orbis partibus se-  
paratus manserit, productisque earum carere  
debuerit. Opinio erat, eum huic convulsio-  
ni ferendæ imparem futurum, ac denu ad  
desperationem adactum cuivis conditioni Bri-  
tannici maritimi dominatus & privati merca-  
tori Commodi subscripturum. Animus con-  
vincebatur de eo, dolorosum insolitæ hujus  
separationis sensum utriusque Indiæ & earum  
productorum a Continente decursu temporis  
ei tanto dolorosiorum accidere debere, at  
hoc non evenit, imo contrarium prorsus fa-  
ctum. — Eo carere homines didicere, quod  
habere non poterant, & tempus sensum do-  
loris obtudit, prout quemvis alium, huma-  
nique acumen ingenii, & inveniendi facultas  
sensim extera producta domestica reddere,  
aut domesticis exotica compensare novit.  
Artes & scientiæ ad invenienda media ex-  
citatæ, opes orient. & occid. Indiarum in  
patria nobis orbis parte suppeditandi. Quod  
natura soli, coelique produendo non est,  
ars tandem reperiet. Jamque domestica Co-  
lorum materialia in vicem exterorum usur-  
pari videmus, Szechatum uvis eductum lo-

eum Sachari, & Syrupi ex arundine Sachari occupare, jamque gosiopium in multis australibus regionibus prospero cum successu collitur. Pauci duntaxat anni sunt, ex quo serio nitimur, Indias utrasque in Europa quærere, & jam oernimus plurima tentamina secundo successu coronari. — Adhuc pauculi anni & ars sub his excitamentis, quibus Gallicanum Regimen eam ad novas intensiones provocat & destinat, sub hac vere Cæsarea liberalitate, qua successus impensarum præmiantur, ars inquam, prod'ia edet.

Natura quoque arti continuo majori erit subsidio. Cælidæ Hispaniarum & Siciliæ regiones p'pducendis iis naturæ donis opportuna sunt, quorum Cultura eapropter duntaxat tentata non est, quod consuetudo fuerit ea ab externis petendi oris, aut indolens regimen industriam non promoverit. Ubi regiones hæ Gallicani Regiminis actioni obnoxie fuerint, tum sub manu præmiatæ Industriæ fructus maturescere videbimus, ubi paullo ante desolatis in pratis Urtica luxuriabat.

Pravus usus Despotarum Princeps est hominis, is immania ad effectum deducendo esset, si vires tentandi ei præsto essent. Ejiciatur consuetudo suo situ, & violentia usque obstrepet, quo nova meliora adjuncta perceperit, tum violenta pro mutatione ipse gratias age; sæpe violentis adjunctis opus est, ad plenam virium suarum energiam volutatisque, pravo usui impertendam, atque ope

eorum fortunam promovendam, quam pro-  
mereri nequit, quia noluit.

Animo persuasus sum: bello cum An-  
glia decennio durante Continentem eo usque  
novum in vetere reperturum orbem, aut ca-  
rere eo se posse docendum esse. — Asia per  
Turciam nobis patens relinquitur, quæ tan-  
dem aliquando eo desinet, & desinere de-  
bebit: aut ex Europ. Statuum serie deleri,  
aut Continentis Systemate adstipulari.

Plurima peccata virtutesque nostræ ex  
consuetudine velut fonte promanant; ponat-  
ur in vicem consuetudinis alia, & agemus  
alia, quin ipsos nos mutemus, ratione.

Quod si aliqua producta aliarum orbis  
partium demi nostræ coli & Civitate nostra  
donari nequeant, tum his nos abdicare dis-  
cemus.

Probabilem secundum computum con-  
sumptio Colonialium mercium ex triennio  
jam in dimidio imminuta est. — Non opus  
est ut regimina per Edicta Coffeam prohi-  
bentia rem adjuvent, necessitas suapte absque  
aliena subsidio perficiet — quippe hæc opti-  
ma certissimaque imperatrix est. Homo de  
insolita Carentia querelas ciet, attamen per-  
feret, tandem alii usui asvetus, amissa haud  
sentiet: finisque operis erit Continentem glo-  
riam in eo quærere, opes suas atque Indepen-  
dentiam renunciatione aliarum orbis partium  
firmatamet auctam videndi. Hæc Continen-  
tis erit facies, quam cum exitu diuturni Bel-  
li Angli deprehendent — si alma pax quam

ardentius implemento augurii nostri precamur, finem ei non imposuerit — & cum stupore quidem deprehendent.

Vivendi ratio mutata est, luxus objecta mutavit, artes & industria perfectiores redditæ, nec cupiemus posthac amplius, si habere licerit, quod tanto cum dolore caruimus, dum nobis denegatum est.

Anglia pacem adepta nexui cum Continente se restitutam conspiciet, verum pristinum Commercium frustra quæret. Hoc fortassis summum consecrarium odosi hujus belli est, quod ceu benignus effectus ei adjungat se, qui minime prævideri potuit — quamquam lucta hæc in se spectata pernicioiosa sit, prout Expeditiones Cruciatæ & plurimæ gentium convulsiones erant; securæ nihilominus sequelæ impensis gratiam referre & nos reconciliare possunt, quibus illud stetit; quemadmodum detectio novi orbis augendo necessitates nostras, & solertiam, fortunas nostras auxit, ita ejus exclusio opum nostrarum incrementum adferet, atque independentiam nostram nobis reddet, dum adacti sumus, easdem necessitates solerti opera nostra proprio ex solo petere, & iis satisfacere. Status Continentis ardore invicem nexu conjungentur, Commerciumque internum, genuinus opum fons, qui solertiam universalem foveat, excitabitur, & ad vigorem perducetur.

At quæri potest: cur carere deberemus dum frui nobis liceret, cur solo nostris

eorum fortunam promovendam, quam promereri nequit, quia noluit.

Animo persvasus sum: bello cum Anglia decennio durante Continentem eo usque novum in vetere reperturum orbem, aut carere eo se posse docendum esse. — Asia per Turciam nobis patens relinquitur, quæ tandem aliquando eo desinet, & desinere debet: aut ex Europ. Statuum serie deleri, aut Continentis Systemate adstipulari.

Plurima peccata virtutesque nostræ ex consuetudine velut fonte promanant; ponatur in vicem consuetudinis alia, & agemus alia, quin ipsos nos mutemus, ratione.

Quod si aliqua producta aliarum orbis partium domi nostræ coli & Civitate nostra denari nequeant, tum iis nos abdicare dicemus.

Probabilem secundum computum consumptio Colonialium mercium ex triennio jam in dimidio imminuta est. — Non opus est ut regimina per Edicta Coffeam prohibentia rem adjuvent, necessitas suapte absque aliena subsidio perficiet — quippe hæc optima certissimaque imperatrix est. Homo de insolita Carentia querelas oiet, attamen perferet, tandem alii usui asvetus, amissa haud sentiet: finisque operis erit Continentem gloriam in eo quærere, opes suas atque Independentiam renunciatione aliarum orbis partium firmatamet auctam videndi. Hæc Continentis erit facies, quam cum exitu diurni Belli Angli deprehendent — si alma pax quam

ardentius implemento augurii nostri precamur, finem ei non imposuerit — & cum stupore quidem deprehendent.

Vivendi ratio mutata est, luxus objecta mutavit, artes & industria perfectiores redditæ, nec cupiemus posthac amplius, si habere licerit, quod tanto cum dolore caruimus, dum nobis denegatum est.

Anglia pacem adeptæ nexui cum Continente se restitutam conspiciet, verum pristinum Commercium frustra quæret. Hoc fortassis summum consecrarium odosi hujus belli est, quod cœu benignus effectus ei adjungat se, qui minime prævideri potuit — quamquam lucta hæc in se spectata pernicioiosa sit, prout Expeditiones Cruciatæ & plurimæ gentium convulsiones erant; securæ nihilominus sequelæ impensis gratiam referre & nos reconciliare possunt, quibus illud stetit; quemadmodum detectio novi orbis augendo necessitates nostras, & solertiam, fortunas nostras auxit, ita ejus exclusio opum nostrarum incrementum adferet, atque independentiam nostram nobis reddet, dum adæqui sumus, easdem necessitates solerti opera nostra proprio ex solo petere, & iis satisfacere. Status Continentis arctiore invicem nexu conjungentur, Commerciumque internum, genuinus opum fons, qui solertiam universalem foveat, excitabitur, & ad vigorem perducetur.

At quæri potest: cur carere debeamus dum frui nobis liceret, cur solo nostris

eum fatigio extorquere, quod alio natura prodiga manu, & melius procreavit? An terram non magna incolit familia quæ per diversos ramos in diversis diffusa orbis partibus? An sapiens benignaque providentia multifaria dona sua diversa ratione non dispensavit, ut quivis ea, quibus abundat, erga illa, quibus eget, commutet, cum non omnis ferat omnia tellus? —

An hæc ratione non indigentiam nostram fontem opum & necessitates nostras durabile vinculum efficit, quod hominem arctus homini alligavit? Cur hæc ligamina solvere, maribusque, quæ destinata, orbis remotas partes amico nexu colligendo, hostilem ad separationem abuti volueris? Cur? — quantæ interrogationes non existunt, quæ Converter omnem humani generis atque Imperia suprema indeciso responso & quia voto satis faciunt, relinquunt? In reali vitæ stadio rationes agendi id quod est, nequaquam prout esse deberet ineuntur ageti, — cum Angli hunc nexum, hanc cum gentibus rerum Communionem pro instrumeto exhauriendi vires nostras, & iugo cervicibus imponendo nostris adhibendi consilium habeat, profecto nullum aliud medium nobis restat, quam hunc communioni nuncium mittere, utque quibus per id caremus, quantum fieri potest, propriis mediis compensemus.”

— — His subnectit eruditus auctor Parallelismum Status rei ærariæ Galliæ & Angliæ — animadvertit progressivum incremen-

tum  
Mill o  
auctæ  
quota  
lis de  
mill.  
ro me  
Amor  
formar  
pecun  
sonant  
domes  
n m e  
tiam  
nis se  
In  
lem G  
reditib  
etiam  
Million  
plicanti  
duntur  
mentu  
rum A  
bricata  
transfe  
tata es  
recens  
opus  
Genu  
narum  
perator  
tisiense

tum præstationum in Angliam, quæ a 34 Millionibus Libr. Sterling. (216 mill. Franc.) auctæ sunt Anno 1810. Præterea Argilla quotannis 20 mill. L. St. solvendis nationalis debiti Censibus opus habet, qui ad 640 mill. L. St. (15,360 Fr.) increverunt. Porro memorat inanem agendi rationem Cassæ Amortisationis (Sinking Fund) cui Pittius formam dedit, accumulationem papiracæ pecuniæ, desistentiam Mensæ argentariæ in sonante aere solutionibus præstandis, lapsum domesticorum Manufacturorum, Imminutionem externæ merorum distractionis, violentiam in bellicos nautas, religiosam regiminis severitatem.

Instar Contrarii exhibet statum ærariam Galliarum, cujus Imperii erogationes cum redditibus æquilibrium tenent. Hi efficiunt belli etiam tempore 80 Mill. Francor. e quibus 50 Milliones depurendis debitis destinantur & applicantur — quique facile & exacte dependunt. Industria Gallicæ nationalis incrementum capit inminuto Concursu Fabricarum Anglicanarum, dum hodie Gallica fabricata ad remotissimas Continentis regiones transferuntur. — Religionis Tolerantia illimitata est, & cunctis æqualis. Domi, in ipse recens unitis provinciis militaribus copiis opus non est; in Piedemontio, Hetruria, & Genuensi haud supra 15 millia fide Gallicarum pagidarum, amatorum consistere Imperatore Vindobonæ morante. Præsidium Parisiense 1200 numerabat, & militaris Concreti-

ptio ordine suo decurrebat, præstationes exacte pensæ, & biva quies v. g. uit. Auditor in Epilogo animadversiones facit de exte nis utriusque Status relationibus, quæ similia consuetaria pellicentur.

*M. Ducatus Francof.*

Hodie (22. Octob.) seqv. Decretum Cæs. Gallicanum promulgatum:

*Napoleo &c. &c.* (In exordio rationes recen entur condendæ l g's, imprimis: quod Anglia noa modo cum Gallia, sed & Rhenano Foedere in Statu belli sit, quod Berolin. Decretum promulgarit: ubi Gallicæ copix consistunt, Anglicanas seu Coloniales merces fisco addicendas esse, quodque hæc agendi ratio jam Stettini, Dantisci et in boreali Germania executioni data &c.)

Decrevimus et decernimus ut sequitur:

*Art. 1.* Interd & Francofurti ad Moenum, quæ Col. merces seu Anglicæ seu ex Anglico Comm. provenientes adfisiendæ ibi reperibiles.

*Art. 2.* Commissio a Cognato nostro Principe Eckmühl. Copiarum nostrarum in Germania supremo Duce erigetur, ad quasvis exequendi hujus Decreti causa necessarias rationes ineundas, usque de memorato Sequestro sententiam tulerimus.

*Art. 3.* Minister noster rei bellicæ et ærariæ executionem hujus Decreti mandatam habet.

In Fonte Bellaq 10 die 14. Oct. 1810.

Subscr. *Napoleo.*

Maresch. D. Auerstädt.

Pr, ab *Eckmühl.*